

Experientia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

Experientia, Græcè πείρα dicitur, ἔμπειρία, item πείρα, Hebr. Chaker, à verbo Chakar, id est, rem exactè scrutatus est, perquisivit funditus. Experimentum autem sive experientia nihil aliud esse videtur, nisi accipere ali- quid ex multis in memoria retentis, cum aliqua ratiocinatio- ne in particularibus, secunda. B. Thom. sup. lib. Posteriorum 2. col. 2. l. fin.

Experientia est cognitio singularium, Ars verò univèr- salium. Secunda. Arist. lib. 1. Metaph.

Experientia venit à Perio verbo, quo utebantur antiqui pro aperio, doceo: unde peritos dicimus doctos, expertos; sicuti è converso, imperitos, indoctos, atque inexpertos, unde perita derivatur. Expertes autem dicuntur ignari, rudes, nullam rem experientiam habentes. Item expertes, qui non sentiunt: ut expertes doloris, qui dolorem non sentiunt. Sunt tamen qui velint, expertem non ab exterior venire, sed ab ex & pars, quasi extra partem.

COMMENDATIO.

Proverbiali schemate Experientia rerum magistra: imò & veritatis conservatrix. Quia scientia nostra ex pluribus experientiis collecta est: quamdiu mens univèrsalem scientiam tenet, quodammodò in umbra est, donec ad experimentum deveniat. Habet autem hoc potissimum locum in practicis, & moralibus, ac promissis: quæ omnia tunc vera cognoscuntur, cum rediguntur ad singularia, quæ reverà existant. Ita Ioan. Lorinus in c. 10. Altor.

Terent. Adelph.

Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,

Quin res, atq; usus semper aliquid apporet novi, Aliquid monet, ut illa quæ te scire credas, nescias, Et quæ tibi putabas prima, in experiendo repudies.

APHORISMGATA.

EUDAMIDAS auditophilosopho, qui disseruerat, solum sapientem esse bonum belli ducem: Sermo, inquit, mirificus est, at qui eum dicit, fide caret, eò quòd illum nunquam circumsonuit tuba. Probavit sententiam: sed indicavit neminem cum fide lo- qui de re, quam nullo modo sit expertus. Plut. in Lacon.

DEVADES rogatus, quo præceptore esset usus? Tribunali, respon- dit, Atheniensium. Insuperans, quòd in ipsis negotiis experien- tia quavis infirmitate sophistarum melior sit. Stob. ser. 27.

ANTIGONUS interrogatus, Quem è suæ ætatis ducibus præ- stantissimum iudicaret? respondit, Pyrrhumi, si senesceret. Non pronuntiavit optimum, sed optimum fore, si rerum experien- tiam ætas adjungeret. Plut. in vita Pyrrhi.

TASSUS interrogatus, Quidnam sapientius esset præ cæteris: Experientia, dixit. Stob. serm. 27.

PAULUS ÆMILIUS, quum per loca prærupta irrupisset in Ma- cedoniam, vidissetque instructam hostium aciem, exhorante Nasica, ut protinus invaderet hostem: Facerem, inquit, si tuæ essem ætatis: sed multarum rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie congrediar. Plut. in apoph. Taciti apophthegma est, Multa experiundo fiunt, quæ legni- bus ardua videntur. L. 15. annal. c. 59.

Quintilianum monuit est: Nec solum hæc ipse debebit do- cere præceptor, sed frequenter interrogare, & iudicium disci- pulorum experiri. Sic auditibus securitas abest, nec quæ di- centur, persolent aures, simulque ad id perducuntur, quod ex hoc quaeritur, ut inveniant ipsi & intelligant. Sicut de re mili- tati, quamquam sunt tradita quedam præcepta communia, magis tamen proderit scire, qua Ducum quilibet ratione, in quali loco, tempore, sit usus sapienter, aut contra. Nam in om- nibus ferè minus valent præcepta, quam experimenta. Lib. 2. Instit. Orat. c. 15.

EXPERIENTIA. ICTOPIA.

COGNITIO SENSITIVA.

ALIIQUA.

Consule Tit. Inventio per observationem. Item Tit. Obser- vationis. Experientia enim Observationis, Obser- vatio Inventiois obstruix.

Prisci mortales ægrotos in propatulo collocabant: quibus quisque, si qui salutare, vel ægrotando ipse, vel ægrotos tra- ctando comperisset, indicaret. Atque hac ratione artem experi- entia auctam putant. Plut. de Nescite seipsum.

Fuit Hippocrates discenda medicinæ ad eò studiosus, ut eum non puduerit, vel retimenta gustare, ut morbi materiam cognosceret. Quod tamen alii Æsculapio, alii Alcibiadi ad- scribunt. Celsus lib. 12. c. 16.

Lacones adolefcentem ex gymnasio infirmularunt, quòd viam, quæ fert Pyliam, nosset. Plut. in Institutis Laco- nis.

DARIUS Persarum rex, fieri ferebat se in rebus duris prælan- tiorem. Plut. an Seni trallanda res publica.

DIOGENES verbis illèpidè, reipia vera, ait: Ingredere in lupa- nar aliquid, ut inter vilia & honorata nihil cognoscas interesse. Plut. de Instit. liberi.

ARTAXERXES Mnemon Darii F. in fuga quandoque appa- tu ejus direpto, quum aridis modò ficis ac pane veteretur hor- deaceo: Cujusmodi (inquit) voluptatis expertem me regalis fe- cerat affluentia? Celsus lib. 22. c. 10. A. L.

Plin. lib. 13. & Solinus prodiderunt, castris Darii regis ex- pugnat, in reliquo ejus apparatus Alexandrum Magnum cepisse scrinium unguentorum: eamque voluptatem Græcis prius ignotam, tunc primum inter laudatissima & honestissima vitæ bona admittam esse.

Cic. lib. 5. Tuscul. inquit: Vichum Lacedæmoniorum in Philitiis videmus, ubi cum tyrannus cœnasset Dionysius; & quæ sequuntur. Plutarch. verò in Lacon. dicit. & Stobæus de Laboris studio, tradit, illum emisse coquum Laconem, cum desiderio juris ejus atrii devorandi teneretur, quod magnope- rè audierat laudari, non apud eos in Philitiis cœnasse, eoque coquo mandasse, ut dâpam eum concinnaret, nulli sanpui parceret: postea verò gustato jure illo, expulisse. Vitæ lib. 4. Var. lèc. cap. 19.

Avicenna domi hospitalem exadificari fecit Cordubæ, in qua collegit omnium generum infirmos, ut experiret in eis medicinæ suæ efficaciam. Cranz. l. 6. Metrop. c. 32.

N U L L A.

ARTAXERXES Mnemon, impedimentis ejus in fuga quadam direptis, cum edisset fœcos ficos, & panem hordeaceum: Quis delitias, inquit, non gustavi antehac? Plut. in Apoph.

ANTIOCHUS, qui iterum Parthos bello petiit, in venatione quadam sectando feras, cum ab amicis, & ministris deventisset villam hominum tenuium ignotus subit. Ubi super cœnam il- lato de rege sermone, audit cætera bonum se esse, sed pravus amicis res permitto conivere, ac subinde necessaria ob in- sanum venandi studium postmittere: in præsentia quidem ta- cut, ac primo diluculo, advolantibus in villam ejus stupatori- bus, notus jam allata ei purpura, & diademate: Primum heri, inquit, post eam diem, qua vos in familiam meam recepi, vo- cem de me audivi liberam. Plut. in Apoph.

HERO Syraculanus, exprobrata sibi oris à quodam graveo- lentia, culpavit uxorem suam, quæ sibi id nunquam indicaf- set; illa verò: Arbitrabar profectò, inquit, omnes viros ita olerc.

Eudamias philosophum. Vide paulo ante inter Apoph- thegmata.

* Expiatio.

DEFINITIO ET USUS.

Expiatio sive Expiamentum, Græcè ἄγνις, est lustratio, sive certis ritibus facta purgatio, à verbo expio, quod communiter accipitur pro purgo, aut mudo, sive lustrò. Apud Ethnicos & Judæos variæ erant illius ceremoniæ, causæ etiam variæ: Ita erat apud eos expiatio v. g.

ERRORIS ET DELICTI.

Publici & privati erroris expiatio per sacrificia apud Israeli- tas qualis fuerit, vide Numer. 15. Item reliqua sacra expiatoria, pete ex 4. 5. 7. & 6. cap. Levit.

Aqua lustralis ex cinere vaccæ ruscæ, quæ extra castra im- molabatur, fieri consueverat apud Israelitas. Num. 19.

C A E D I S.

Cum Levitæ jussu Domini per castra Israelitarum ostium grassati essent, & circumer tria millia occidissent propter ere- ctum vitulum aureum, voluit tamen eos ob eadem, quamvis justam, & legitimam, expiari. Exod. 32.

Cum Israelite Madianitas omnes Domini jussu ad interne- cionem delevisent, voluit tamen eos Dominus à cæde, licet ju- sta, expiari, neque ipsos tantum, verum tamen prædam omnem partem igne, partim aqua lustrare. Num. 31. Modum expiandi pete ex Levitici c. 6. & 11.

Homi-

ILLIUS USUS.

A Hominis tui occisi cum homicida ignoraretur, ea erat ex- piatio apud eosdem Senatores & Judices, qui oppidorum vi- cinorum distantiam metiebantur, ac quod oppidum occiso proximium esse contigisset, ejus oppidi Senatores juvenem famebant expertem jugi, eamque in valle deserta decollabant. Tum Sacerdotes & Levitæ accedebant, & Senatores oppidi il- lius: manus suas super juvenem levabant, & certam verbo- rum formulam pronuntiabant, in hunc sensum: Neque manus nostræ huic pronuntiant fuderint, neque oculi viderunt. Propitiare tuos Israelitis, quos redemisti Deus, noli injustam eadem in tuos Israelitas vindicare, sed à cæde expientur. Den- teron. 21.

M O R B I.

Apud Israelitas ex Moyis instituto certa erat lepræ purgatio. Levit. 14. Gonorrhææ; item mensuris, c. 13.

P U E R P E R I I.

B Ex Domini præcepto Israelitarum puerperæ quæ marem pe- perissent, septem diebus pollutæ erant; videlicet pro ratione pur- gationis mensuræ, & per 33 dies non egrediebantur: sin fe- cundam peperissent, 14 diebus pollutæ erant, & 66 die egre- diebantur. Confecto purgationis spatio, agrum anniculum pro holocausto offerbant, aut duos turures, aut duos pipione- s supplicandi causa, ut à suis cruoris fluxione purificarentur.

CONTACTUS MORTUI. POLLUTIONIS.

Levitici c. 15. vitæ à Domino præcipiuntur expiationes, super variis immunditiis, præterim quæ ob fluxum feminis per morbum Gonorrhææ provenientem, vel per pollutionem accidebant, quando non solum ipse qui immundus taliter erat, expiabat, sed omne stratum in quo dormierat, sella cui in- federat, &c.

Erat etiam expiatio instituta pro iis qui contigerant mortui cadaver, aut leprosum, aut feminisum. Unde illud Eccle- siast. Qui baptizatur à mortuo, id est, lavatur propter con- tactum mortui, & rursus tangit illum, quid proficit ejus lava- tio?

QUAS EXPIATIONES JUDÆI

OBSERVANT.

Duplex erat immunditia, una peccatum, quia Dei præcep- to vetita, qualis erat comedere carnes porcinas, sanguinem mortuorum: alia vetita non erat, sed statuta solum, nec erant peccata, sed inducebant irregularitatem legale, sic ut non possent ingredi sanctuarium, nisi expiati ab illa. Hanc expia- tionem non amplius Judæi observant, cum careant sanctua- rio, adeoque nec indigent purgatione ad immunditiam illam tollendam. Verum expiationes & purgationes, quibus prior immundities tollebat, etiam hodie observant.

E X P I A T I O E T H N I C I S

U S I T A T A.

Habebant Ethnici suas lustrationes, tam circa sua templa, & numinibus consecrata loca, aras, lucos, quam ipsos homi- nes, quos nonnquam aqua, & aliquando ignis transmissio- ne expiabant. Quin Persus Satyræ 2. meminit expiationis quam adhibebant sollicitæ matres aut avæ circa infantes recens natos, dum infans, hoc est medio digito, & salina eos unctis decempro expiabant, prius quam diis offerrent, & vota pro illis facerent. Ita enim scribit:

Ecce avia, aut Divum metuens matertera, cunis Exemit pueram, frontemque atque uda labella Infansi digito, & lustralibus ante salinis Expiat.

* Exploratio. Exploratores.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

EXPLORANDI Vocabulo veteres utebantur pro exclama- tione, sive ejulatione; at postmodum, ait Feltus, prospice- re, & sagaciter inquirere significavit, κατασκοπεῖν, κατασκοπεῖν: hinc Exploratores dicuntur, qui astutè & sagaciter aliquid in- vestigant, esseque eorum usus necessarius, ut infra videbitur ex ποῖ κατασκοπεῖν. In numero tamen plurali exploratores sunt, qui secreta nuntiant hostibus, & proditorum loco ha- bentur, capitique pœnas luunt.

Ufus exploratorum maxime in Republica valer ad detegen- das cum hostium, tum sceleratorum insidias. Unde olim ci- ves è portis in agros non dimittebantur, nisi exploratum fuisset, eos intrepidè prodire posse.

Marcelli vox laudatur ad collegam dicentis: Quin imus ip- si cum equitibus paucis exploratum.

Jubet Plato, ut principes exploratum prodeant, & pueros se- cum in equis ducant, ut & ipsi discant hostium molimina de- tegere, & eorum aspectum non formidare.

Laudatur Gallorum antiqua consuetudo, quam nostro quo- que tempore plerique Principum usurpant, ut sagaces aliqui viri præficiantur, qui sanam ac rumorem hauriant, & viato- res sistant, & ab eis percontentur, unde veniant, quid acturi, quò pergant &c. quos ibi rumor, quamvis non semper istius- modi dictis fides adhibenda sit, cum sagaces inquisitores fac- ile etiam incidere possint in sagaciores responsores; quo- modo nuntii Abalonis, qui venerant exploratum de Achajæ & Jonathæ missis ad Regem David, illi sunt ab ancilla, quæ eos velamine texitat in puteo latentes; dixit enim exploratoribus: Transferunt festinant erguata palululum aqua. lib. 2. Reg. cap. 17.

De Duce Norico veritatem explorante, quid de se sentirent subditi, habes Tit. de veritate.

Exploratores etiam dicuntur, qui loca minutiora scrutantur in urbe aut provincia aliqua, ut mox ea hostis occupet & in- vadat. In quem sensum Joseph fratribus in Ægyptum venien- tibus, eumque non agnoscentibus, tentando illos, dicebat: Exploratores estis! (Genes. 42.) ut videatis infirmiora terræ venistis.

MOYSES, Deo jubente, mittebat viros Principes qui con- siderarent terram Chanaan, qualis ea esset, ac populus qui illam inhabitabat, quales urbes, solum, fructus: dabatque in mandatis, ut de fructibus secum adferrent. Itaque illi egressi sub initium Junii, anno secundo ab egressione ex Ægypto, consideraverunt terram, botrumque ingentem extulerunt, ut quem in vecte duo viri portarent. Num- ror. c. 13.

Heliodorus. Bagoas, non procul à Syene, in Æthiopicis insidiis incidit; ii enim missi, ut essent speculatores, & secu- ritatem itineristoi exercitui explorandum præstarent, propter noctem & incertum locorum qualdam vepes prope fluvium subiere, simul & sibi præfidii, & hostibus insidiarum fa- ciendarum causa: itaque insomnes ad illam vepium quasi munitionem excubabant circiter equidem mille, &c. lib. 8. Æthiopicorum.

Idem. Speculatores & exploratores ad ea quæ sunt & dicuntur, cognoscenda missi, ut ejusdem linguæ & sermonis per- tos, qui indigenæ & hostes utuntur, secum ducant, necessita- tum sunt coacti, eod. libro.

Frontinus. Scipio Africanus capta occasione mittendæ ad Syphacem legationis, cum Lælio servorum habitu tribunos & centuriones lectissimos ire jussit, quibus curæ esset perspicere regias vires. Hi ut liberius castrorum positionem scrutarentur, equum de industria dimissum, tanquam fugientem per- sectati, maximam partem munitionum circumerunt: quæ cum nunciasset, incendio confectum est bellum.

Q. FABIVS Maximus bello Hetrusco, cum adhuc incognite forent Romanis ducibus sagaciores explorandi viæ, fratrem Fabium Cælonem, peritum linguæ Hetruscæ; jussit He- trusco habitu penetrare Ciminiæ silvam, ante militi nostro intentatam: quod is ad eò prudenter atque industrè fecit, ut transgressus silvam, Umbros Camertes cum animadver- tisset non alienos nomini Romano, ad societatem compu- lerit.

Carthaginenses cum animadvertisset Alexandri ita ma- gnas opes, ut Africæ quoque immineret, unum ex civi- bus, virum acrem, nomine Hamilcarem Rhodinum, jusse- runt simulato exilio ire ad regem, omnique studio in amici- tiam ejus pervenire: qua is potitus, consilia ejus nota civibus suis faciebat.

Idem Carthaginenses miserunt, qui per speciem legatorum longo tempore Romæ morarentur, exciperentque consilia nostrorum.

M. CATO in Hispania, quia ad hostium consilia alia via pervenire non poterat, jussit, trecentos milites simul impetum facere in stationem hostium, rapumque unum ex his in castra

A. Priorem Ludovicus, at artem arte delidens Briticus Praefes, ipsum Ludovicum agerctus. Iyerat ad venationem exiguo vectus equo, & Praefide suo Brifro comitatus: cumque effer proprii & consilii, & cerebri, neque facile consiliarios de crex auctaret, opportunè rogabat Brifus: Unde Sereniff. Rex tam robustum nactus est equum? cui Rex: Quomodo hæc tibi in mentem veniunt, cum sit adeo pulillus? Quia te, respondit ille & consilium tuum fert. Gagninus, in vita Ludovici X. I. Beyerlinck supra.

Nomine pulillus, magnus ingenio Petrus Nanus. Erat apud Canem Scaligerum cum Uguccio, perditis jam Luca & Pifis Italie urbibus: cumque illis essent convivia, & de Edonibus mentio incidere: Ugucius illato sermone, se juvenem quatenos alites capos, perdicis totidem, & plura ejus generis, unica œna absumere solum narravit. At Petrus dictum excipiens: Non est, inquit, quod hæc à te juvene comesta admiremur, cum jam maturus, nec planè dentibus instructus, duas urbes uno prandio absumperis. Fama quippè erat, Ugucium, si se ab inchoato prandio temperasset, satis temporis habiturum fuisse ad sedanda naçentis tumultus in Italia, & utramque urbem salvandam. P. Jovius lib. 1. Elog. Beyerlinck supra.

B. Anonymus quispiam vidit matronam cultu fastaque tumescentem, ac veste indutam, in quam bonam fundi & agrorum partem absumperat: cumque illa conquereretur, quod nimio indumentorum pondere gravaretur: Quis miretur, inquit ille, cum amplius quam quatuor terræ jugera circumferas? In Epigram. Thom. Mori.

Et ne ab hac dicendi venere immunes fœminas arbitremur, Amalabercam Franc. Reginam ad calcem damus: quæ indignè ferens conjugis in bello ignaviam, & iniquam sortem, dum forte illustriores aliquot convivas ille pratolaret, dimidiâ ei triclina partem apparat. Percontanti marito, & agris ferenti, quidnam id rei esset? respondit: Qui parte regni exiit, etiam triclina parte cedat oportet. Ex P. Emil. Beyerlinck supra.

* Expugnare.

Quare locum de Arcibus, Urbibus.

Exta.

Consule locum de Augurio, & Divinatione.

* Exteri, Externi.

Extranei. Peregrini.

QUI DICANTUR. NOXIA EORUM SOCIETAS, RECEPTIO, FAVOR IMPENSUS.

Exteri, externi, ἕτεροι, idem sunt, quod advæne, nempe qui aliunde adveniunt, aut alibi nati sunt. Unde Cicero in Catil. exteros hostes vocat, atque longinquos. Extranei dicuntur, quasi extra nos, ἕτεροι Græcis, & habent oppositum vocabulum domesticis, & indigenæ.

Et quamvis apud nonnullos populos magna exterorum ratio habeatur, sic ut domesticis apud eos sordeant, & quidquid demum illis natura aut fortuna indulsit, splendeat in oculis eorum qui auctoritate pollent, etiam nunc, cum sine comparatione domi habent illos, qui magis excellent in eodem genere virtutis; ita cæco impetu quidam feruntur in ignota, & quæ ab alio orbe, aut urbe. Tamen experientia docet, quantum Rei tum publicæ tum privatæ adferat discriminis, exterorum ac peregrinorum societas & familiaritas, quantumque extitiosa sint externa auxilia, fœdera, potestas, imperia. Fit enim quod in Apologo apud Æliopum de Eriacio & Lepore memoratur, quorum ille apud hunc hospitio receptus, fetis erectis eum pupugit; quo indignante, Si, inquit, tibi in antro hoc molestus sum, exi. Rem hanc historis adstruimus è probatissimis scriptoribus, quomodo non modo

Plerumque externo pessundata militere regna, verum dum externi in subsidium vocati sunt, imperium ipsum, hæc de & domestico Principe pulso, invaserint, & detinuerint. Unde nec promiscuè in urbes admittendi advæne. Cyprius ad componendum civile dissidium inter Cares rogans, bellum componit, sed Cariam libertate exutam suæ potestatis facit. Xenophon. lib. 7. πεινάς κίρη.

Thebani crescente potentia Phocensium, cum quibus bella gerebant, cum impares essent ipsis, accesserunt Philippum Macedonem: qui victis Phocensibus, tandem Græciam oppressit. Georg. Rich. in axiomat. Politicis c. 258.

Inter causas, quibus crevit Romanorum imperium, & illa recensetur, quod non admiserint ad societatem belli eos, quorum non essent domini. Quicquid pepererunt, suo sanguine pepererunt. Plus hausit Italia sanguinis Romani, quam externi: quia non gesserint bella fœcis armis, vel externa ope: nec conduxerunt externos stipendiis. Aucto Imperio, constituerunt reges fœcios: quibus tamen ipsi domini sunt. Hinc Cicero in lib. de Reip. Nobis populus Sicis defendendis, terrarum jam omnium potius est. Postea bellis civilibus ita fuerunt labefactata vires Romani Imperii, ut quoties hostes fuerunt reprimendi, Imperatores coacti fuerint conducere peregrinos exercitus, à quibus postea provincie Romani Imperii sunt vastata.

Theodorictus Rex Gothicus missus est in Italiam à Zenone Imperatore ad reprimendum Edoacrum. Ea occasione Gothi Italiam occupaverunt. Genserictus Rex Vandalorum Africanam occupavit, & ibi regnum constituit, attractus à Bonifacio Duce contra Valentinianum Imperatorem Constantinopolitanum.

Leo Philosophus dictus, Imperator Græcæ, cum Turcos ex montibus Calpis adversus Bulgarios evocaret, considerentur in vicinia, donec confirmatis paulatim viribus, totum regnum everterent. Tales hospites non facile possunt ejici. Et hæc sunt occasiones mutationis regnorum.

Impius Rex Achas idè fœdere cum Rege Assyriorum, attrahit eum in Syriam. Rex Assyriorum interfecto Rege Syriæ Razen, occupatam Damascum occupat, & colonos Syros transfert in Cyrenaicam, adigit Regem ad tributa annua solvenda. Secuti Reges reliqui progrediuntur, & totum delect regnum Israel. Hoc destructo, gentem Judaicam abducunt in captivitatem Babylonicam. His eruptionibus præbit primam opprobria, hic Rex invitat Assyrios: qui semel mutati, dant operam, ut maneant. Id quod semper faciunt potentiores hostes, invitati defensionis causâ ad societatem bellorum. Strigel. in Chronico.

Carthaginenses in primo bello Punico à Celtis fœcios, quibus contra Romanos usi fuerant, plus damni acceperunt, quam ab ipsis Romanis.

A Theodosio Gothi conducuntur contra Francos: Burgundi, Alani, Svevi à Sicilicone contra Gothos attrahuntur. Gothi occupant Italiam: Burgundi Galliam: Vandali Hispaniam. Deinde contra Gothos accessit sicut Longobardi à Narcece sub Justinò II. ibique regnum tenuerunt annos 204.

Beda Presbyter, Svevos Anglos prodidit inter Vitas & Saxones sedisse: & invitatos à Vitigino Britannorum Rege, his contra Scotos & Pictos, Infulam perpetuis depopulationibus infestans, subsidio venisse, Martiano & Valentiniano imperantibus, Anno Christi 449. Sed tandem potentia auctos utroque, ut fieri solet, oppressis incolis, partitæ Infulæ & Imperio, ac limitibus ad Caledoniam sylvam interfectis, Britannorum nomine abolito & regno, Anglos parti Australi Infulæ, Scotos Boreali imperasse.

Ita Sarraceni sunt extracti ex Africa, & oppressis Gothis, Imperium Hispaniæ sibi vendicaverunt, quod per annos 700 tenuerunt.

Ita Hispani sunt potiti Sicilia & Regno Neapolitano, accessit contra Gallos; sed Hispani ad pertractis incolis, & exclusis Gallis, regnum Neapolitanum, & Siciliam sibi subjecerunt.

Ita & Gallici Reges, qui nunc rerum potiuntur, conducti stipendiis contra Normannos, oppressis Regibus antiquæ stirpis Caroli magni, invaserunt regnum: & illud postea propagarunt in stirpem suam longa serie usque ad hos Reges. Pen-H. cernus in Chronico.

Arabes ab Hæralco ducti contra Persas, non solum stipendiis, cœperunt devastare limites Romani Imperii, & subito regnum constituerunt in Asia, ubi accessit prætextus religionis Mahometis.

Turcæ ex Scythiæ ora primum in Armeniam, & majorem Asiam per portas Calpis ingressi sunt, Duce Tangro Lybiæ Mocaleto, circa annum Christi 870. invitati à Mahomete librali Persiæ Sultano Sarraceno, quem Amyras Babylonico seu summo Rex Sarraceno quem ejicere & opprimere nitentur. Cyprianus, & alii.

Vetus Rex Ægypti Calipha contra Almericum successorem Balduini in Regno Hierosolymitano, à quo oppugnabatur, attraxit in societatem belli Sarracenoem Syriæ Sultatum: qui peripsectis multis Ægypti commotitatibus, cum videre Caliphæ vires infirmas esse, eum regno exturbavit, & in carcerem inclusit, occupata Ægypto. Ita primum ad defensionem vel invitati,

A invitati vel conducti, rebus confectis, fœcios oppresserunt. Richterius supra.

Eventu hoc ambitiosus fratribus, Hircano & Aristobolo, totique Judeorum genti, quæ ob illorum ambitiones sese in partem scindi passa est. Illi enim hominibus profanis supplices facti sunt, & uterque cum extrema ignominia vitam infelicem finivit: Judæi vero simul omnes immanissimorum militum libidini subiecti, & in servitutem miserissimam redacti fuerunt. Idem olim sub Regibus majores ipsorum passi fuerant, quando hi quidem Syros, illi vero Assyrios, contra fratres suos in belli societatem pertrahendo, utrique populis occasionem dedere eos perdidit, quos maxime perditos volebant.

Et in Romana historia hic semper bellorum civilium exitus fuit, ut à majoribus devictæ gentes, sub Romanis Ducibus adversus Romanos pugnarent: ea occasione clades olim acceptas ulciscerentur. Imò illa viam straverunt Tyberis, Caligulis, Neronibus, Domitianis, & infinitis aliis Tyrannis, quorum plerique ex Barbaris gentibus oriundi, veteris Romæ majestatem vilissimis mancipiis & libertis suis conculcandam protrulerunt.

Simile exemplum non sine orbis Christiani summo periculo in Græcia ante annos trecentos edidit, quando de Orientis Imperio inter Catacuzenum, & Joannem Palæologum contentio exorta est, & in auxilium evocati sunt Turcæ, qui ab eo tempore ad occupandam Græciam animum adjeperunt: & ea non multo post potiti sunt, & ex eo magnam Europæ partem occuparunt.

SOLYMANUM Turcam attraxit in Hungariam Lesbius Polonus contra Ferdinandum, nec unquam postea repelli potuerunt Turcæ ex Hungaria.

Temporibus Frederici III. Imperatoris, cum de imperio Italiæ antea decerant Principes Italici, Pontifex, ut bella civilia inter Principes componeret, peregrinos Reges attraxit; qui confecta pace, sublati bellis intestinis, cœperunt ipsi de regno Italiæ armis contendere, donec tandem pulsus reliquis, Hispani victores evaderent, & Italiam regno Hispaniæ subjicerent.

LUDOVICUS SFORCIA Dux Mediolanensis attrahebat Gallos in Italiam contra Hispanos, qui erant defensori Joanne Sfortiam nepotem ejus contra Ludovicum. Sed Galli potiti Ducatu, postea Ludovicum abducunt in Galliam, includunt in tenui carcerem, miserè enecant.

Cum Soldani Saraceno, intestinis seditionibus, & dissidiis inter se, & cum Calipha suo, agitati, bella gererent, Mahometes Persiæ Soldanus, Calipha viribus inferior, Turcas vicinos adversus illum excitat, corumque fide ac robore victoriam obtinet. Sed stipendia illis promissa post victoriam solve recusatans, ab illis miliaribus suis bello potius, victus, & regno privatus est. Ghyreus in Chronico.

CARADINUS piratarum maximus ab Algeriensibus accessit, ut eos à servitute Hispanorum, qui arcem occupaverant, liberaret, parta victoriâ, Selimum Regem cum domesticis occidit, ac regnum Ariadeno fratri reliquit. P. Gr. Tolof. l. 11. de Rep. c. 3.

SALADINUS Tartarus, quem Ægypti Princeps acciverat, ut Christianos de Syria deiceret, pulsus Christianis, imperium Ægypti occupavit; quod ut stabilis esset, Circassiorum ac Tartarorum venalios ad corporis & imperii sui custodiam, Ægyptiis omnibus ac Syriis exarmatis, adhibuit; ac florentissimum imperii statum reliquit posteris, qui non nisi à Selimo Turcarum Rege demutari potuerunt.

Scoti, fuis Pictis ac Britannis, eam regionem, quæ nunc Scotia dicitur, occuparunt, cum tamen mercede conducti fuissent. Bodinus de reip. l. 5. c. 5.

Certe periculi plena res est, exercitum peregrinum ac ducem peregrinum conducere, quibus præsit domesticus Imperator; cum imperium militare in eos, qui, nisi velint, cogi non possint, inane sit ac inutile futurum.

Carthaginenses quidem nondum militari disciplina satis instructi, duces Lacedæmonios accersere solebant, qui exercitum Carthaginensium ducerent sub imperatore Carthaginensi. Nunquam tamen exercitum ac ducem peregrinum undem sibi putaverunt, ne Republica in peregrinorum potestatem veniret. Idem.

Classe Carthaginensium ad Ægates insulas I. C. Lucratio Catulo Romanorum Consule superata, staturunt Carthaginenses pacem cum populo Romano inire; remque Hamilcaris, qui cognomento Barca dicebatur, imperio permiserunt; qui tandem multis sermonibus ultro citroque habitis, pacis condiciones à Catulo Consule accepit. Qua quidem B. L. Theat. vit. Human. Tom. III.

conciliata, milites, qui contra Romanos militaverant, ad E numerum circiter viginti millium, novandarum rerum studio, à Carthaginensibus desecverunt, & constituti inter se duci bus, Uticam, Hipponem, & pleraque alia oppida ad defensionem compulerunt, urbemque ipsam obfederunt. Quibus malis Pœni perterriti, auxilium à Romanis, paulò ante hostibus, impetrarunt. Huic bello Hamilcarem Imperatorem præfecerunt, cujus tanta virtus illuxit, ut hostes à menibus repulerit, oppida, quæ desecerant, restituerit, & mercenarios milites eo compulerit, ut locorum angustissimis clausi, plures ex eis fame, quam ferro, perierint. Quæ ex re tantum laudis affectus est Hamilcar, ut omnium sententia patriæ salvator diceretur. Quo nunc exemplo facile est intelligere, quantum tior præstantiorque sit propria civium nostrorum manus, quam externa milita. F. Patricius lib. 9. de Regno vit. 15. & lib. 9. de Republica tit. 3.

Zanclæi invitabant Samios, qui Zanclam viris desertam ipsi occuparunt. Herodotus lib. 6.

Græci prælati contra Xerxem, nolebant Geloni universum concedere imperium; idèo nuntius Atheniensis ad illum ajebat: Rex Siraculanorum, Græcia nos ad te misit, non Imperatorum indiga, sed exercitus. Idem lib. 7.

Messanam Campani occuparunt: per amicitiam intra mœnia recepti, & violata fœderis fide, in eam impetum faciunt, cives partim urbe eieciunt, partim trucidant. Polybius lib. 1. pag. 15.

Ita & Romani Reginis contra Pyrrhum, & Carthaginenses in auxilium accessit, aliquandiu urbem tutati, tandem tamen fidem violant, urbem recuperant, & detinent, cives alios pellunt, alios cædunt. Idem ibid.

* EXTERI PROMISCUE NON RECIPIENDI IN URBE.

Advæne cum civibus non bene consentiunt, nisi eadem cum illis sentiant, ut notavit P. Greg. Tolof. lib. 23. de Republica cap. 6. Exempla ad manum sunt. Certè Lindanii, Argentineses, ac Tigrurini, optimatibus cæsis, aut exilio pulsatis, imperium populare stabilierunt. Ac ne deinceps optimates popularem statum everterent, legibus eorum sanctissimè cautum est, nisi prius ex infima plebe compertum sit originem traxisse.

At Corcyraorum plebs quæ ex peregrinis coalerat, patricios ac optimates, initio belli Peloponnesiaci, comprehensos in vincula coniecit; quos postea crudelissimè trucidavit, quam eadem optimatum imperii secuta conversio est.

Idem contigit Rebus publicis Samiorum, Sybaritarum, Troezeniorum, Amphipolitarum, Chalcidensium, Thuriorum, Guidiorum, & Chororum, quorum optimates, cum peregrinorum multitudinem in civitatem sine imperio & honoribus admisisent, ipsi de imperio & civitate dejecti, bonique omnibus spoliati, & magnam in partem caesi fuerunt.

Quo nihil est in Venetorum Republica magis metendum, quæ loii Patricii honoribus & imperiis fruuntur; cæteris, tum nobilibus, tum plebcis, qui ab ipsis Citadini vocantur, exclusis. Idem Gregor. Tolofanus supra.

* MAGISTRATUS DESCRIBENDUS INTER CIVES, NON INTER EXTEROS.

Rationem dant Rerum Politicarum scriptores, quia civices inter se ad clementiam, & bonum commune, quod proprie suum est, pronoiores sint exteris, & cum moribus, idioma te, genio convenient: maximumque amicitia vinculum sit, iidem legibus educari.

In Lacedæmonibus, Romanis, Carthaginensibus, Atheniensibus, res expedita est, & per historias nota, quod magistratus suos nunquam non civibus deferre confueverint.

Venetorum Respublica mille annorum firmitate sibi constans, nunquam mutationem admittit in deligendo magistratu, & illius ordine servando. Peregrinis in eo nullus est locus, neque tamen deest severitas, aut justitia: nullæ seditiones, aut inimicitiae idecirco inter illos orta aliquando; omnibus enim ex æquo proposita est reipublicæ salus, & bonum communitatis. A conditoribus enim primis magistratus ille dimanavit, semperque eorum posteris urbem reterunt, & Senatorum ac Patriciorum nomen obtinuerunt: reliquis omnibus plebejorum nomine nuncupatis, ut superiori §. ex Polybio, & Richterio dictum est.

Georgius Sabinus Poeta Brandeburgensis, describens Hoedepolicon sui iuneris, quod Italiam versus peregit, meminuit hujus angustissimi Senatus, dum ita canit, lib. 2. Elegiarum: Quid magnos referam proceres, amplumque Senatam? Mille

A Mille Senatorum continet ordo Patres, Splendida regali quos purpura vestit amictu. T'alis priscactus Roma Senatus erat.

Certe experientia docet, quanta periculis exponantur Regna, & urbes, quando abique delectu, neglectis indigenis, exteri adificuntur ad dignitates, sacerdotia, honores, Belgis nostris innatum, vel adnatum videtur, semper externum jugum subire, & ad morem regnum, qui exteri plerumque, suos confortare? sic ut idioma, & partium habitum penè negligant. Sed magis in iisdem est delectandum, quò domestica sua ingenia, que tamen in quovis scibilli locupletia habent, & excelsa, vilipendant, eorumque palato sapiat, quidquid terre alio sole calentes producant, parvi aut maligni domesticorum suorum estimatores. Unde fit, ut alibi dignitates omnes ad peregrinos abeant, alibi incolarum nomen fordeat, & ni privilegiorum repagulis coercerentur, qui rerum summam apud eos tenent, timendum foret, ne passim omnia ab exteris occuparentur. Misera Provincia, que nullum, aut rarum suorum inter optimates videt!

Principes tamen qui pluribus terris ac Provinciis dominatur, adiescit ex omnibus Provinciis, & adoptet in consilium, & gubernationem: observavit id Fridericus Furicus Carolanus, in libello qui inscribitur Idæa consiliiarii, pag. 100. & sequentibus.

EXEMPLA SACRA, ET HISTORICA

QUAM PERNICIOSUM SIT, NEGLECTIS INDIGENIS, advenas extollere. Et horum eventus tragici. Exemplum recens Gallia suppeditavit in Marchione Ancorano, nuper à furiosa plebe, quid dico plebe? imò ipsi galicis, inter quos velut principium ipse natione Italus obtinebat, instar Penthesi discerpit, & laceratus. De quo vide que alibi diximus, ac nominatim in loco de favore, Tit. Favor Principum, Dabimus hic alia, pleraque vetustiora, recentia etiam nonnulla.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

JOSEPH Hebræus continuus à Pharaone dominus Egypti, magnis honoribus cumulatus fuit; at oppressa posteritas, veniente Rege novo, qui Joseph ignorabat, omnique conatu peregrinum illum populum, qui occasione peregrini principis recepti fuerant, & in immensum creverant, exterminare laborabat. Exod. 1.

C Ochozias Rex Juda, Athalie Samaritanæ mulieris filius, Samaritanis, matris usque, præcipua regni munia attribuit, præteritis probis ac sapientibus viris, quos in regno habebat. Itaque cum Samaritanis (invisis hominibus, & qui peregrinis atque incestis sacris ritus patrios mutaverant) uteretur potius, quam Judæis, & indigenis, matram fuit perniciem concivit. Nam cum Jehu Acham fratris Athalie domum subverteret, propinquos quoque ejus, & amicos, atque in his Gehoziam, universa propemodum cum stirpe sustulit.

ASUERUS Persarum & Medorum Rex Amanum minime Persicæ stirpis hominem, sed Macedonem, inter præcipuos amicos aliquando extulerat. Is cum opibus, & gratia apud Regem polleret, non modò Mardocheum, cui propriè infensus erat; sed omnes quoque Judæos, impetrato à Rege funesto edicto, tollere destinaverat. Verum posteaquam Rex intellexit, Mardocheum sæpe de se optime meritum esse; non modò tam crudele edictum antiquavit, sed Amano quoque (qui tot victimas sanguinis suæ immolare decreverat, & regnum sanguine innoxio contaminare) laqueo gulam frangi iussit, ipsius opibus atque honoribus in Mardocheum translatis.

HISTORICA.

D Anno 1168. Guilielmus Sicilia Rex (ceterum Gallia oriundus) Cancellarii dignitate non Siculum, sed Gallum hominem, & quidem tanti muneris capacem auxit. Regni processu indignati, peregrino tantum in sua terra esse potestatis, tantumque magistratum mandatum esse novo, externo homini, eam contumeliam ferro arcere statuerunt. Neque Cancellario modo, sed & omnibus Gallis, qui in Sicilia, Apulia, Calabria erant, perniciem machinaverunt. Ergo secretis nuntis per omnia oppida, & municipia dimissis, populares, & concios conjurationis, quos omnis generis sibi adiciverant, hortantur ut in Gallos omnes pro se quisque signo dato irruant. Itaque una litterarum significatione per universam Siciliam, Apuliam, Calabriam, Galli uno die fœdum in modum omnes trucidati sunt. Hæc Gallis in Sicilia calamitas contigit, quò advenæ mandata esse Cancellarii dignitas: quamquam alioquin isti in Gallorum odium ac cædem proni semper fuerint. Nam & anno 1282. conjuratum item est à Siculis adversum Gallos: ac consilium initum, ut ad primum signum campanæ, quo vestimenta præces (vesperas vocamus) significantur, per totam Si-

ciam hosper hospitem Gallum interimeret, idque die solemnè ni Pascha. Neque ea tantum cædes cupidè pattata est: sed ab odio itaque furentum latronum, & carnificum, Siculis mulieribus, quas Gallorum compressis gravidas esse suspicabantur, excelsè uteri fetus solo alisi sunt, ne quid usquam Gallici sanguinis superesset. Hoc funestum exemplum Italo-Galli non in Sicilia, sed in ipso Gallia sinu fœcui anno 1572. per nobilissimas regni urbes ingentem stragem edidit, qua magna mortalium vis, virilis muliebrisque sexus, senes, juvenes, pueri quoque, consumpti sunt. Atque ut tam insignis victoriæ monumentum exstaret, Matutinum Patrisentium nomine memorabile fecere. Sed ad inceptum, id est eas turbas, quæ peregrinos ad magistratus oriuntur, redeamus.

Inter JOANNEM Gallia, & EDUARDUM Angliæ Reges pax ita Bretinaci convenit, ut Joannes summum jus imperiumque Aquitanie in Eduardum transferret. Cum igitur Aquitania in ditionem Eduardi concessisset, eam Principi Cambria, maximo fidurum, possidendam tradidit. Is cum Burdegala regie fœdum locasset, eò certatim consuleret primores Aquitanie, & Vasconum nobilissimos, cum ut hominia ei, & fidelitatis jurjurandum præstarent, tum ut se ei per omne officii genus gratos acceptoque redderent. Eos Princeps (cui multa dexteritas & humanitas inerant,) benignè ac comiter dixit alioqui, & in consuetudinem admittente: verum dignitatibus, & præfecturis urbanis ac militaribus, solos Anglos quos frequentes secum habebat, ornare. Illi cum cupidinis & sumptibus modum non facerent: neque minore comitatu, cultu, paratu, quam indignarum potentissimi conspici vellent, licentibus alieno utebantur. Itaque cum & nobilitas ab honorum aditu arceretur, & à magistratibus Anglis multa libidinis & avaritiæ exempla in plebem, & oppressos cives ederentur; cum insuper etiam Princeps novum tributum indicere vellet, omnes Aquitanie urbes, alia altarum exemplum imitata, ab ipso defecerunt. Ita brevi Anglus ditionem illam cunctam amittit: qua, cum advenas indigenis jus reddere & præstare æquum censeret, tædium sui moverat.

JOANNES minoris Britannia Dux, cum ex Anglia uxorem duxisset, Angli partes summa ope fovebat: idque adversus Gallia Regem Principem suum. Id cuncta nobilitas Britannica permolescè ferebat. Ergo, tali animorum habitu tres totius provincie nobilissimi (Clisso videlicet, Lavallius, & Rohanus) cum illum advissent, in eam sententiam locuti sunt: Planè ignoramus, Princeps, quid tibi in mentem venerit, quamobrem ad eum exire Angli partes tuis opibus adjutus velles. Minime te fugit, nos esse clientes Regis Gallia, & Britannica Ducatum à regno & nomine Gallia pendere. Quamobrem te vehementer oratum volumus, ut sedere ac studio in Anglum ex animo tuo ejedo, Gallicum imperium amplectaris. Quod si tibi persuadere non possumus, nos tui obsequium potius, quam Principis nostri Gallia excuemus. His dictis Dux incensus, & si dolorem vultu premeret, temperare tamen se non potuit, quin erumperet in hæc verba: Erepta Aquitania gravem à Gallo Regi Angliæ injuriam fieri. Nec longo intervallo interjecto, ministros sibi ac domesticos ex Anglia accivit, tum quos præfecturis urbanis, & militaribus ornare. Is ab Anglo missis, Britannia processerit Anglos indignati suam fidem suspectam esse, & sibi anteferi Anglos: priusquam illi appellerent, maturandum rati, urbes, arces, & locorum munitissima, priores occupant. In eas angustias Dux redactus, patria excedens, in Angliam trajecit. Ita ille Britannia Dux solum vertere coactus est, quòd seipsum & munia patriæ externis potius, quam popularibus, crederet.

Incredibile est, quanta celeritate Carolus VIII. Neapolitanum regnum propemodum sine ulla militum iactura subegerit, & quanta lætitia Regem exceperint Neapolitani, longa & dura tyrannide aliquot Regum defessi. Minimo negotio poterat Rex, quamvis adulescens (si electos & idoneos homines, quibus desinitus erat, in consilio habuisset) nobilissimum illud regnum in obsequio retinere; quando omnis ultra nobilitas ac populus, deficientes ab avitis Regibus, se in Regis fidem à clientelam tradebant. Maxima igitur erat omnium hominum gratulatio ac lætitia propter depulsum à se tyrannidem. Sed tot secundarum rerum uberrimus proveniens brevi spatio evanuit, magno Regis ac Republica detrimentum. Quippe nostri, repentina felicitate incautus & licentius usi, nobilitatem indignè tractare ceperunt, eos præsertim, qui Andegavensis domus partes fovebant, à qua Rex omnem

A omnem actionem, atque omne jus belli acceptaret. Deinde Rex ipse, nulla habita ratione Neapolitanæ nobilitatis, omnia munia, omnes dignitates Gallis attribuit: passimque constituit præfectos, & quibus plerique cupied & avarè, nonnulli etiam parum bona fide, re re administrabant. Itaque nobilibus quos offenderat, cæteros ad defectionem impellentibus, mature regno illo excidit.

Multo etiam infelicitas cessit Gallis, cum in Hispania de loco & virtute cum Hispanis certaret. Rex Castellæ Joannes Dionysio Lusitanorum Regi bellum illaturus, petiit à Rege Gallia, cum quo sibi fœdus archiffimum intercedebat, ut fœcia arma secum jungeret. Sic Gallia Rex equestris pedestresque copias egregiè instructas in subsidium misit. Illic cum venissent Galli, comiter à Rege accepti, ab eo summo perè contenderunt, ut in prima acie collocaret: ibi seante parta decora, nova gloria cumulatos. At verò Castellani agrè ferre suam virtutem ad eò Gallis despectui esse, ut locum sibi debitum prætereant irent. Indignantur tamen, & querendo nihil egerunt, Rex Gallos, uti voluerant, in fronte constituit. Itaque Castellani, cum divitis copias victoriam hostibus non difficilem, & conjunctis, se hostibus pares fore posse existimarent, nisi ita invidiamque occæcassent animos, victoriam nullè laque adjuvare statuerunt. Irent Galli, & soli prosperæ pugnae gloriam, vel ad verè dedecus ferrent. Itaque à Gallis pugna acriter cepta, & primo concursu adeo æquis viribus res gesta est, ut si paulum modò amissi essent focii, qui in ultima acie erant, victoria in manibus esset: sed à Castellanis de industria cessatum est, & Galli propemodum omnes, nullis subsidiiis militibus, vel in acie casti, vel capti sunt. Sed multò maxime miserabilis fuit mille equitum clades, in quibus erant novemdecim Procures. Nam cum Lusitani (à quibus illi capti erant) fuis Gallis novum sibi de integro prælium adversus postremam aciem fepere esse cerneret, captivos omnes interficere statuerunt, ne vel evaderent, vel averam suam aciem à tergo adorirentur. Jugulatis captivis, adversus integram Castellanos aciem procedunt. Sed illi quoque, dimidia quippe virium parte detracta, facillimè oppressi sunt. Nisi Gallos gloriæ cupido intempertivam transverfos egisset, ut supra indigenas honore se extolli dignum ducerent, tanta non accepta esset clades.

ALEXANDER Rex Epiri, cum Italiam à Tarentinis aciebus esset, multaque Britiorum & Lucanorum cepisset urbes, ducentos ferme Lucanorum exules circa se pro fids habebat: ut pleraque ejus generis ingenta sunt, cum fortuna mutabilem gerentes fidem. Nam cum ad suos cives nuntios misisset, pacto rediit, promittitur, Regem, aut vivum, aut mortuum in potestatem daturus. Itaque cum ad Acharontem amnem pervenisset, cuius fortè pontem ingens vis aquæ absteret, eminus incerto vado transierunt: jam propè egressi, cumque veruto Lucanus exul transiit. Lapsum inde cum inhaerente telo corpus examine desulit annis in hostium præsidia: ibi fœda laceratio corporis facta. Hunc Alexander Epirensis, cum peregrina fidei nimium crederet, tristitem eventum habuit.

CAROLUS Dux Burgundia postremus, cum Novesium frustra oppugnasset, ita popularibus suis cepit diffidere, ut eos propemodum despicere. Ex Italia autem circiter mille cathaphraes evocaverat: iisque utebatur etiam in obfisione Novesium. Comitum verò Campobachium quadringentis equitibus præfecerat. Is quoniam Andegavensis familie partes, quæ bellum Neapoli gessit, sequebatur, propositus, & omnibus bonis exans, in Galliam se receperat: & honorificè exceptus fuerat à Carolo Burgundia Duce, & multi præterea cum eo Itali. Ab eo autem in Italiam missus, ut equitatum cogeret, tum primum in itinere convertit se ad clandestina consilia. Quippe Regi Gallia sæpe pollicitus est, se vel capturum illum, vel interfecturum, cum exercitum iustraret: eoque nomine petebat viginti aureorum millia, & Comitum aliquem in Gallia idoneum reddens. Ad hæc si quando bellum committeretur, illo deserto, se transfurum ad Regem: modò ipse conditiones invicem præstaret. Eam improbitatem atque perfidiam Rex agrè tulit, & Fabritium invitatus, omnia per Contem Caro enuntiat. Ille, quia putabat hoc fieri captiosè, ei fidem non habuit: & domesticum proditorum multo majori benevolentia, quam prius, complectebatur. Præterea cum maximam in castris ad Nanccium idem Campobachus autoritatem haberet, promittat Lotharingo, se moram illaturum obfisioni, & perfecturum, ut ad oppugnationem necessaria desiderarentur. Cumque nobles aliquot Lotharingi, & in his provincialis quidam Cifronius, in oppidum obfessum conarent ingredi, captus est

Cifronius, quo tanquam internuntio & interprete utebatur E Campobachus ad Lotharingum, in iis quæ clam cum ipso communicaret. Cifronium captum cum suspensi jusfisset Carolus, is nuntiare Carolo jubet, si sibi cum eo remotis arbitris colloquendi potestas fieret, quædam dicturum ei, que ad ipsius salutem pertinerent. Tum fortè cum adesset Campobachus, diligenter observabat omnia, metuens, ne prodereur. Carolus illum deprecandi supplicii causa colloquium perere dixit: simul quid vellet, jubet sibi per alios nuntiare. Cifronius ait, se nemini, præterquam ei soli, dicturum. Cum perisset in sententia Carolus, inter eundem multos ille obstabatur, ut Principem monerent. Et flexerat aliquos: sed hi denudò interpellari Carolum, excludebantur à Campobachio, qui pro foribus cubicali verfabatur, & aditu prohibebat omnes, affirmans, mandatum esse Principis, ut è medio tolleretur: simul præfectum custodum urgebat, ut acceleraret supplicium. Itaque ille suspensus est, summo detrimento Caroli. Sed Deo ita visum est, qui tenebras ejusmodi menti Caroli circumfudit, ut ex proditoris Campobachii sententia omnium deterrimum consilium secutus, fortunam præillicitaretur, & in acie occumberet. Hic exitus potentissimi Principis (cujus ditionis veluti spolia finitimi Principes inter se diviserunt) dum peregrinam & inexpectam fidem domesticæ & cognate antepont.

GORDIANUS Junior cum consiliis Mithæi fœci uretur, imperium feliciter belli domique administravit. Quippe & Persarum Rege summo, Antiochiam, Nisibim, Carras, quæ omnia sub Persarum imperio erant, recepit: effectique, ut Persæ qui jam in Italia timebantur, regni sui se finibus continerent. Sed rebus ita super vota fluentibus, malus quidam genius invidit: Nam magno & Reipublica, & Gordiani damno extinctus est Mithæus; optimus & sapientissimus vir: in cujus locum cum præfectus esse prætoris cohortibus PHILIPPUS quidam Arabs, & quidem humilis genere natus, is statim Gordianum imprudentem dolis & insidiis captavit. Nam primum naves frumentarias avertit: deinde in ea loca milites deduxit, ubi annonæ & commætuum copia non erat. His ergo artibus milites infestis illi reddidit, timore etiam passio, adolescentem esse cordianum, neque imperii capacem. Militibus fame jam ante victis facillimum fuit persuadere, quicquid vellet. Itaque militaribus suffragis Imperium Philippo mandatum est: iustissime, ut cum Gordiano, quasi ejus tutor, pari iure imperaret. Sed Gordianus Augustorum hæres, cum æquatum sibi imperium cum homine ignobili & improbo agrè ferret, sperans posse Philippo Imperium abrogari, processit ad tentandos militum animos. Sed eos Philippus adeo promissis & donis vinxerat, ut ipsius toti essent. Ergo cum ob factionem Philippi minus valet apud milites, petiit, ut aequalè falce inter eos esset Imperium: nec impetravit. Deinde petiit, ut loco Cæsaribus haberetur: neque id obtinuit. Petiit etiam, ut præfecti loco esset Philippo: quod & ipsum negatum est. Ultima preces fuerunt, ut cum Philippus pro Duce haberet, & patere vivere. Sed cum ille cogitaret fieri posse, ut deservescerent militum ira, populi Romani & Senatus studio Imperium restituerent Gordiano, clamantem ante conspectum adduci, spoliarî & occidi iussit. Quo facinore quid immanius, quid execrabilis vel in extrema Barbaria perpetrari poterat? Caveant jam Principes, ne ejusmodi peregrinis rerum summam & seipios committant.

Romani veteres (quorum sapientia documento esse debet) non modò peregrinos, sed ne locios quidem ipsos, ac prope confanguineos Latini nominis, in Senatum admittebant: imò illis perentibus, ut Senatus æqua pars ex utroque genere esset, & consociato Imperio alter Consul ex Roma, alter ex Latio crearetur, bellum, quàm eam pacem, malere, in qua peregrinum Senatum, peregrinos Consules, Romæ essent visuri. Post cladem Cannensem, qua Consulares aliquot Prætorique & Adilitii & octoginta præterea Senatores occiderant, cum maxima solitudo in curia esset, & tantum Senatorum ad veræ pugna, ad hoc sui quemque casus, per quinque nium abumpfissent, de ea re M. Pomponius prætor ad Senatum reulit. Tum Spur. CARVILIUS, cum longa oratione non solum inopiam, sed etiam paucitatem civium, ex quibus in patres legerentur, conquestus esset: explendi Senatus causa, & jungendi archiis Latini nominis, pro magna re se suadere dixit, ut ex singulis populis Senatoribus binis, quos patres Romani censuissent, civitas daretur, atque in demortuorum loca in Senatum delegarentur. Eam sententiam haud æquioribus animis, quam ipsorum quondam postulatam Latinarum,

A patres audierunt: Et cum fremitus indignantium tora curia esset; & præcipue Manlius, esse etiam nunc stirpis ejus virum diceret, ex qua quondam in Capitolio Consuli manus esset, quem Latinum in curia vidisset, cum sua manu se interfecit: Q. Fabius Max. nunquam rei ullius alieniore tempore mentionem factam in Senatu dixit, quam inter tam suspensos scelerum animos incertamque fidem, id tactum, quod insuper sollicitaret eos. Eam unius hominis temerariam vocem silentio omnium extinguendam esse: & si quid unquam arcani sanctive ad silendum in curia fuerit, id omnium maxime tegendum, occultandum, obliviscendum, pro non dicto habendum esse. Ita ejus rei oppressa mentio est: sed ex eo maxime adverso rumore Carvilius fuit, quod peregrinos in Senatum inducendi auctor fuisset.

See quid veterum Romanorum exempla obsoleta ævo quærimus: minima hodie quæque civitates pari modo ac jure Republicam suam admittunt. Veneti equidem, Genue, & in aliis Italiae liberis urbibus, Argentorati, Norimbergæ, Augustæ, Francfordiæ, Magdeburgi, inque aliis Germaniæ civitatibus, & tredecim Helvetiorum plagis, mos hic religiosissime observatur, ne ad munia Reipublicæ peregrini admittantur. Imò plerique advenis apud se habitandi potestatem non faciunt. Durus id quidem fortassis & inhumanius: quando *quod dicitur Deus toties commendat*, & eò nos natura ducimur.

Lex Salica (quæ in Gallia & Germania observatur) non tantum scripta est ad mulieres regni hereditate arcendas: ne videlicet propter infirmitatem consilii, summum Imperii obtineant, quippe in maribus sepe per est indignitas: Sed ob id potissimum lata videtur, & perpetuo omnium ætatum usu confirmata, ne per connubia & affinitates peregrini ad regni successorem sibi aditum facerent. Intolerabilis enim multo esset Gallis, externi Regis imperio subijci, quam Gallicæ stirpis Regine: adeo peregrina dominatio Gallis invida est. Deinde latius scriptum hoc malum. Nam Princeps externus suos honoribus augere, quam indigenas mavult; & ea re offensam populorum animis, turbæ, seditiones, bella nascuntur: Quæ non tantum Reipublicæ detrimentum, & populi sanguine, sed etiam ipsius Principis nonnunquam pernicie expiantur.

Insigne & domesticum ejus rei exemplum Annales nostri suppleant, in anno 607. Brunehildis, Hispana mulier, Gallia Regina vidua Longobardum quandam, Protadium nomine, quem in deliciis habebat, Palatii magistrum seu Præfectum (id est, totius regni procuratorem) constituit. Is ubi videt eò se Regine gratia provecum, Principes & proceres regni præ se despicere, atque ultra variis artibus ludificari cepit. Tum inexhausta auri cupidine ardens, manibus & rapinis mileros Gallos adeo exercuit, ut nobilium juxta ac plebis odio flagraret. Eo sorte tempore Theodebertus & Theodoricus, Brunehildis filii, de imperio & opibus certabant; quos in concordiam redigere proceres, utriusque vasalli, summa ope cum niterentur, Protadius obnixè impediabat. Itaque cum illi factura unius advenæ, qui unum pacem morabatur, bellum intestinum finire, quam tot viros nobiles mutis sese claudibus atterere, satius ducerent, Protadium obtuncant. Hujus Longobardi exitus, Longobardis, qui hodie Galliam pro libidine versant, si fana mens esset, documento esse poterat.

Ludovicus Pius, Caroli Magni filius, regii Præfecti dignitate Bernardum quandam, Hispanum, ornarat. Quem in modicæ seie ebrietatem, cum tres Regii adolescententes, Lotharius, Ludovicus, Pipinus, impatientes a mulla, ferre non possent, in ipsum Regem & patrem itam convertunt. Itaque conjurati adversus patrem filii, captivum Ludovicum, ad Successionem ducunt, abdicare se Gallia regno, & Germaniæ Italiaque imperio, coevertunt. Sed cum Gallia & Germaniæ proceres ex S. Marti Successionem monstriterio educum, in quo abdicato magistratui, velut in custodiam, conditus erat, filius cum patre in gratiam reductus, pristina libertati & dignitati restituerunt. Veruntamen tantum discrimen dedeculque nunquam adisset nobilissimus Rex atque Imperator, nisi nimia facilitate & imprudentia lapsus, peregrini hominis fastigium supra populares & indigenas extulisset.

Finis Littera E.

Martinus Bellajus, Eques auratus, vir prudentia atque usu rerum præstantissimus. *Comment. lib. 1. dicit, Francisco I. in Gallis regnante, rebus Gallicis multo plus illatum esse detrimentum à peregrinis, qui ab ipso ad hostem desciverunt, quam ab ulla vi, aut alia causa. In suis autem præcipue numerat Episcopum Leodiensem, Principem Aurenghum, Marchionem Mantuanum, Andream Dorian Genensem, Hieronymum Mantuanum (qui Mediolanenses ad defectionem impulit) & aliquot item alios. In summa, officia peratò in Gallias ad peregrinos delata legitur, nisi quòd paucis ab hinc annis, ad amplissima quæque aipitate jussu, in quolibet altum fastigium nescio qua arte creperunt. Nam olim Centurionatus fortè illis, & Tribunatus militum mandabantur, ut eo nomine plures in suis terris milites Regi scriberent. Antimachiavellus lib. 1.*

* MERITA EXTERORUM.

Apud plerisque demerita & invidia subiecta. XANTIPPUS missus à Lacedæmonibus, ut opem ferret Carthaginensibus, qui à M. Attilio Regulo maxima scades acceperant, cum feliciter vicisset Romanos exercitus, & Marcum ipsum superatum prelio vivum cepisset, bello confecto, domum rediit; metuit enim, ne apud gentem peregrinam propter successum in odium veniret. *Valerius Max. lib. 9. cap. 6. pag. 785. in a de eodem refert. Verum ut ipsum fontem peritiam contemplerur, Carthaginenses Xantippum Lacedæmonium, cujus optima opera primo bello Punico usi fuerant, & quo juvante Attilium Regulum ceperant, simulantes sese domum revehere, in alto merferunt. Quid tanto facinore petentes annon victoriæ eorum focus superferret? Existat nihilominus, & quidem cum opprobrio, quom sine nulla gloriæ jactura injuliatum reliquissent.*

Militaverat exercitus Sarracenicus apud Heraclium contra Persas. Et quia stipendia non dabatur, defecit ab Heraclio. Ajunt & contumelia irritatos esse, cum Heraclii Quæstores dissidissent, se vix posse Romano & Græco militi stipendia dare: nec tantum se habere pecuniam, ut huic canum turbæ satisfacerent.

Lacedæmonii bello, quod gerebant cum iis qui erant Ithomæ, in longum eunte, evocaverunt cum alios socios, tum verò Athenienses, prout & ierunt, Cimone duce non exiguis cum copiis ob id autem maxime evocati, quòd præcipui videbantur in pugna murali, quòdque constabat, diutina in obsidione ista re opus esse, atque ita vi oppidum capi posse. Quod & fuisset, verum ex hac primum expeditione inter Lacedæmonios Atheniensesque dissensio palam facta est. Lacedæmonii etiam cum oppidum vi non caperent, reformidantur Atheniensium tum audaciam, tum ad res novandas animum: simulque suspicantes, ne quid peregrini, si permancerent, ab iis qui Ithomæ erant, sollicitati, molirentur novi; solos omnium sociorum dimiserunt suspitione dissimulata, tantum negantes, se illorum opera amplius egere. Athenienses haud nescientes, non se meliore causa missos fieri, sed suspitione aliqua, graviter acceperunt: nec ita de Lacedæmonii reverti se esse existimantes, ut ista patenter, cum primum reversi sunt, societatem solverunt cum Lacedæmonii Medico bello contracta, inieruntque eam cum Archivis illorum hostibus: & intra utroque adversus Thessalos quoque istum est factus. *Thucydides libro 1.*

De Alexandro Farnesio Parmae Principe, & Belgicæ nostræ Prorege fortissimo, ac vero sui sæculi & Belgicæ soli Alexandro, notissimum est, quam parum favoris & benevolentia pro tot exantlatorum laborum meritis apud Hispanos denuerit, sub vitæ & imperii occasum. Sic ut factioe quorundam malevolorum, apud Catholicum Regem improbe traductus, H pro trophis quæ maxima ei competeant, tot tantique cum in Gallia, tum in Belgio victoriis relatis, summam indignationem contra se se expertus fuerit. Cæterum ut nascenti, ita in summo rerum fastigio posita illius Fortunæ omnis invidia impar fuit. Siquidem præudentia fortitudinisque illius splendor vitæ finem, & gloriæ perennitatem dedit: ejusque memoriam inter maximorum heroum imagines Urbis urbium Roma, erecta eidem in capitolio statua, consecravit. Ejus verò Epitaphium honorarium require inter Epitaphia Principum & Heroum.



THEATRUM
VITÆ HUMANÆ,
AUCTORE
LAURENTIO BEYERLINCK,
ARCHIPRESBYTERO ANTVERPIENSI,
Littera F.

* Asterisci Titulis, sive Generalibus, sive Secundariis, Rebusve sub
iisdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt indices.

* FABRILIS ARS.

Quis primum invennerit?

FABRILIS ARTIS inventionem, & primum usum, factæ Litteræ attribuit Tubalcain, filio Sellaæ & Lamech; de quo ita Moyses: Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber, in cuncta opera aris, & ferri. Hebraea ad litteram dicit: Qui fuit acutus, hoc est, expoliens omnia opera aris, & ferri. *Genes. c. 4.*

Reliqua perantur ex loco de Artibus Mechanicis.

* Fabula.

QUID, ET ACCEPTIO NOMINIS VARIA.

Fabula à fando dicta, *Mitho* Græcè, sermonem de re pervulgatam, vulgari acceptione significat. Accipitur communiter pro narratione rerum, quæ nec veræ sunt, nec verosimiles, ad delectationem & utilitatem inventa. Sic hanc vocem *Horatius* usurpat in *Serm.*

Quid ridet? murato nomine de te

Fabula narratur.

Cæterum fabularum quædam sunt ex suo genere velut ridiculæ, merum figmentum proponentes, at simul sub eo morale aliquid dogma tenentes, quales sunt Fabulae *Æsopi* Phrygio adscriptæ, quamvis ille eas ab *Hesiodo* mutuaverit; & dicuntur *Apologi*. Aliæ sunt quæ sub nomine *Comœdiarum*, & *Tragediarum* circumferuntur: & variæ fortiantur nomina pro habitu & qualitate personarum, quæ in eis introducuntur. Secundum varia argumenta quæ per Fabulas proponuntur, varietatem suam etiam habent. Quædam enim naturæ opera sub allegorici continent: aliæ humanarum calamitatum solatium: aliæ terrorem adferunt, vel depellunt.

Apud autores sæcularium literarum, ut apud *Horatium*, mus loquitur muri, & mustela vulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id, quod agitur, verax referatur significatio: unde & *Æsopicas* fabulas ad eum finem relatas, nullus invidiosus fuit, qui putaret appellanda mendacia. Sic in sacris *L. B. Theat. vit. Human. Tom. III.*

bris, ut in libro *Judicum*, quum ligna sibi regem fecerunt, & loquuntur ad sicum, & ad vitem, quod totum fingitur: ficta quidem narratione, sed veraci significatione hæc dicuntur. *Aug. de contr. mendacium.*

Fabula est vim veritatis non habet, tamen rationem habet, ut juxta eam possit veritas manifestari. Referunt, inquit, seculares, virum quandam fuisse, ut quoties beneficio virum suarum destitutus, & amicam & nutricem terram impulsu adversarii contigisset, de solo furgens, magis in adversarium prevalet; & sic occaso prostrati, occasio fiebat triumphum. Dabat infirmitas fortitudinem, lapsus palmam, ruina victoriam. Cui hæc conveniunt, nisi Christo, qui ad hoc cecidit, ut gloriosior resurgeret. *Amb. lib. 3. de Offic.*

QUARE INVENTÆ.

Fabulæ non sunt res factæ, sed tantum modo loquendi dicte: quæ idèò sunt inventæ, ut ficto animalium mutorum inter se colloquio, imago quædam vitæ hominum nasceretur. Sicut mus loquitur muri, mustela vulpeculæ; & in libro *Judicum*, ligna sibi regem requirunt: quod totum ad mores ordinatur, ut ad rem, quæ intenditur, ficta quidem narratione, sed veraci significatione perveniant. Sic enim *Demosthenes* in quadam oratione usus est fabula adversus *Philippum*, qui ab Atheniensibus postulavit decem oratores; & ille finxit fabulam. Lupi fuerunt pastoribus, ut in amicitiam convenirent: cumque hoc pastoribus placuisset, petierunt lupi, ut prima sibi vice securitatis canes traderent, in quibus videbatur occasio jurgiorum: annuerunt pastores, & tunc lupi omni adempta formidine, omnem gregem non solum pro societate, sed etiam pro libidine laceraverunt. Sic, inquit *Philosophus*, sublati oratoribus in populo Atheniensium facturus est. Oratores populi postulat, quò facilis possit opprimere spoliatarum custodibus urbem. *Isidor. lib. 1. Etymolog.*

De hac re, & Fabularum energia, hæc scripta

reliquit
PHILOSTRATUS: Interrogante socios *Apollonio*: An vobis aliquid sermo fabulosus esse videtur? Et profectò, respondit *Menippus*; hunc enim laudant & sequuntur *Poetæ*. *Æsopum* verò quid esse censetis? *Poetam*, inquit ille, plane, fabulosum. Quamnam verò è fabulis sapientes esse putatis? Certè, inquit *Menippus*, quæ poetarum sunt, quia cum factæ non sunt, tamen ut factæ decantantur. *Æsopi* verò, inquit